

## Folium elui.

62

eto in vitro b. brachio semini fecit et propter nimiam emissionem sanguinis  
 ibidem vitam terminavit. Item postremo est adverbium temporis derivatum a post  
 Sed barbarus sicut hic ponitur de omni ille qui non obedit romano imperio. Sed  
 ego is est verbum neutrum. propositum a p. et rego. Sed coactus est pro futuro tempore  
 poris a verbo cogo quod vltimum dicitur a con et ago deponendo n. Item plurimis est  
 suplatius illi nominis multus.

Tunc ibi. Celi enarrant et.

**Enarrant gloriam dei filij verbi  
 incarnati facti de terra ce-  
 li. Hec enim gloria soli domino est congrua  
 Nomen est cuius magni consilij angelus  
 Istud consilium lapsio homini auxilium  
 est antiquum et profundum et verum factus  
 solis in sanctis cognitum. Cum angelus  
 iste homo natus ex muliere immor-  
 talis ex mortali de terra celum fecit ex  
 homine angelum.**

Hanc sequentiam tra-  
 Bre. propositum ob reuer-  
 rentiam et honorem beatorum  
 apostolorum putati diuisi erant  
 pro totum mundum. et diuisi sunt  
 in duas partes principales  
 In prima parte ponitur quod  
 dicitur pambulum in quo deus  
 declarat commendationem inie-  
 tatis scilicet filij dei. In secunda  
 da parte profertur intentum  
 quantum ad ministerium omnium  
 apostolorum pro totum mundum missio-  
 nis. Secunda ibi. Hic est  
 dominus. Primum autem ponitur quod  
 dicitur prophetiam quam assu-  
 mit loco thematis et scri-  
 bitur psalmo .xviii. et applicat  
 ad ipsum mittentem

apostolos imponens ei nomen quod debet vocare deus magni consilij dicens (Ce-  
 li id est apostoli facti celi). i. homines celestes (de terra) et de omnibus terrestribus  
 (enarrant) id est predicant gloriam filij dei verbi incarnati scilicet christi qui est  
 homo factus (enim) propter quod (hec gloria) scilicet predicatio sanctorum apostolorum (est congrua  
 id est conueniens (soli domino cuius) scilicet domini (nomen est angelus) id est nuncius  
 magni consilij et istud consilium) scilicet eterni auxilium homini (lapsio) id est lapsio  
 ro (est antiquum et profundum et) scilicet est (cognitum solis sanctis et est factus ver-  
 eum iste angelus) id est filius dei (homo natus ex muliere) scilicet b. virginis ma-  
 ria (fecit immortale ex mortali et fecit de terra). i. de terrestribus (celum)  
 id est celestes et fecit angelus hominem). Notandum primo scribitur in li. Esa.  
 Qui sunt hi qui ut nubes volat et quasi coluete ad fenestras suas hec sunt  
 verba admirationis prophetarum et angelorum quibus datum est longe videre vir-  
 tutem doctrine et predicatiois apostolice admirantes dixerunt. Qui sunt  
 hi qui ut nubes volat. In his verbis principaliter tanguntur duo. Primum ce-  
 lestis prudentie sublimitas. Secundo immaculate puritatis humi-  
 litas. Primum tangit cum dicitur ut nubes volat ubi nota scripti apostoli post ascen-  
 sione dominicam missi in omnem terram volauerunt in claritate et alacritate ut  
 nubes fuerunt enim ut nubes nouelle ortum irrigando infideles populum a pra-  
 ua fide reuocando fideles absque terrore desperationis fideliter consolando  
 Primum declaratur. quia in nube presupponitur humiditas veniens ad  
 irrigandum. Unde in li. sapie scribit. Frigabo ortum meum et exaltabo me